

P. Evafin.

aliis diligenter auditis, cum à neutra parte sit probata praescriptio, sententialiter diffinimus, quod Evafen. p. Ceno-

Vide Conc. Trid. sess. 24 de Reform. cap. 2.

XXVIII. IDEM Aufonen. 18 Episcopo. [c. an. 1214. Romà in Hispaniam.]

Receptus sub protectione Papa per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit.

Cap. 8. eod. tit. in 111. Compil.

EX parte tua fuit quaestum, utrum Clerici & Laici, qui literas protectionis ostendunt, in quibus persona sua expresso nomine cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur, à jurisdictione Episcopi Diocesani sint exempti. Nos autem tibi respondemus, quod per literas hujusmodi ab Episcoporum tuorum potestate minime subtrahuntur.

al. taliter.

PITH. 19. Aufonensis Episcopo. [Torrens Episcopo. Literas protectionis.] In vita Episcopi. Cantuariens. pag. 155. quibus Ecclesiam suam, Personas Ecclesiae, jura & libertates ejusdem, terras & possessiones, & homines suos sub protectione Domini Papae, & Romanae Curiae sub-jiciant, interdicentes ne aliqua Ecclesiastica vel Secularis persona aliquod attentare praesumeret.

Helien. al. Ecluen.

XIX. IDEM Eliden. Episcopo. [c. an. 1214. Roma.]

Religiosus, quibus à Papa concessum est ut Ecclesias et subje-ctas possint in proprios usus convertere: non auctoritate propria, sed à Diacono loci possessionem illarum Ecclesiarum recipere debent, nisi in privilegio aliud exprimat.

Cap. 9. eod. tit. in 111. Compil.

Apostolice officii: Et infra. Interrogasti utrum viris reli-giosis, quibus à Sede Apostolica est indultum, ut Ec-clesias suas in proprios usus possint convertere, decedenti-bus Personis earum: liceat auctoritate propria possessionem earundem intrare, vel per Dioeces. Episcopum in ipsa sint potius inducendi. Ad quod respon. nisi forte in in-dulgentia Summi Pontificis id contineatur expressum, suo Episcopo inconsulto, in possessionem ipsarum eis non est licitum introire, quia per indulgentiam hujusmodi Episcopi-juri non credimus derogari.

Tripolitan.

XX. IDEM Episcopo & Capitulo Tri-pol. [c. an. 1214. Roma.]

Si is, propter cuius delictum positum est interdictum, illud non servat, alii nihilominus servare tenentur: secus si ille non servat, in cuius favorem latum fuit.

Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

Petitis per Sed. Apost. 2 edoceri, utrum cum propter Hospitalarium vel Templarium civitas vestra generali ponitur interdicto, eisdem non servantibus, vos illud teneamini observare? Ad quod duximus respondendum, quod illorum excessus vobis non praebet licentiam excedendi. Sed si praefati Hospitalarii vel Templarii privilegiorum suorum fines exceperint, violando temere interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum, ne videantur de aliorum metu ridere, vos in penam praesumptionis eorum, quamdiu ipsi violaverint interdictum, de nostra licentia celebretis.

PITH. 20. Petitis, &c. G. Tyrus, lib. 18. cap. 3.

XXI. IDEM [c. an. 1214. Roma.]

Privilegium concessum Monasterio, ut ejus Monachi excom-municari non possint, intelligitur de Monachis existentibus in Monasterio, vel in Ecclesiis sibi subiectis utroque jure. Hoc dicit. Et est casus quotidianus.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. al. Basilii de Flagen. al. Flaian.

Quoniam per confessionem constat partis adversae, quod Nepesinus Episcopus jus Episcopale percipit in Ecclesia Sancti Basilii de Flagen. credimus quod non obstante illo Capitulo privilegii, quod Monasterio est indultum, ut nullus Episcopus Ecclesias utroque jure illi subiectas interdicto supponere, vel Monachum seu Clericum ejusdem Monasterii synodare vel excommunicare praesumat, praefatus Episcopus possit interdicere dictam Ecclesiam, & excommu-nicare Monachum seu Clericum vestrum ad ejus regim-deputatum, cum alterutrum de jure fuerit faciendum; quoniam illud Capitulum esse intelligendum videtur de Mo-nachis aut Clericis in ipso Monasterio permanentibus, vel ad Ecclesias destinatis utroque jure sibi subiectas.

London.

XXII. IDEM Londonen. 21 Archi-episcopo, Apostolice Sedis Legato. [c. an. 1214. Romà in Daciam.]

Episcopus remittens alicui Ecclesiam decimas Episcopales, in-

definitè, remississe videtur, non solum praeteritis, sed & futuris. Et est casus notabilis.

Quia circa: Et infra. Quaesivisti utrum Monachi d. Cap. 5. eod. tit. in 111. Compil. Omnium-Sanctorum privilegium Praedecessoris tui, super Episcopibus decimis retinendis indultum extendere valeant ad possessiones acquiras, & postmodum acqui-rendas?

Super quo tale damus responsum, quod si decimarum illarum remissio facta extitit secundum Canonicas func-tiones, Praedecessor tuus indefinitè decimas Episcopales Mo-nasterio remittendo (cum nihil exceperit, & potuerit excep-tille, ac in beneficiis plenissima sit interpretatio adhiben-da, nec debeat una eademque substantia diverso jure cen-feri) intellexisse videtur, non solum de decimis possessio-nis illius temporis, sed futuri.

PITH. 21. Londonen. Lundens. In Dacia. XXIII. IDEM in Concilio generali. [an. 1216. Roma.]

Ponit Concilium ordinem quatuor Patriarchalium Sedium, usque ibi, Servata, ubi ponit tria privilegia ipsarum. Primum, quia dant pallium: secundum, ubi, Domi-nica, quia ante se crucem deferri faciunt, praetquam in casibus hic exceptis: tertium ibi, in omnibus; quia ad ipsos appellatur, & in hoc protestatur: ibi, Salvo.

Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes sancta universalis Synodo approbante, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam (quae, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinet Principatum, supere Mater universorum Christi Fidelium & Magistra) Constanti-nopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineat: Ser-vata cuilibet propria dignitate; ita quod postquam Anti-stites earum à Romano Pontifice receperint Pallium, quod est plenitudinis officii Pontificalis insignie, praestito sibi hie-litatis & obediendae juramento, licenter & ipsi suis Suf-fraganeis Pallium largiantur, recipientes pro se professionem Canonicam, & pro Romana Ecclesia ipsionem obediendae ab eisdem. Dominice vero Crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, & ubicum-que Summus Pontifex praesens extiterit, aut ejus Legatus utens insignis Apostolice Dignitatis. In omnibus autem Provinciis eorumdem jurisdictioni subiectis ad eos, cum necesse fuerit, provocetur: salvo appellacionibus ad Sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.

PITH. 22. Antiqua Patriarchalium Sedium privile-gia. Can. Renovantes. Distinct. 22. Novell. 123.

XXIV. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.]

Privilegium Religiosis concessum ut possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confrat-ribus, qui licet maneant in seculo, obtulerunt se tamen Ordini, mutato habitu seculari vel de illis qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Hoc primò. Privilegium Religiosis concessum, quo eis ventenibus ad locum inter-dictum, semel in anno aperiantur Ecclesia, ut celebren-tur in eis Divina, intelligitur quod una tantum sola Ecclesia aperiantur in loco. Hoc secundò.

UT privilegia, quae quibusdam Religiosis Romana con-cellit Ecclesia, permanent inconcussa, quaedam in eis-dem duximus declaranda, ne minus sane intellecta pertra-hantur ad abusum, propter quem possint merito revocari; quia privilegium meretur amittere qui permittit sibi abuti-tur potestate. Sanè quibusdam Regularibus Apostolica Sedes indulgit, ut his qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan Ecclesiae, ad quas pertinent, à Divinis Officiis fuerint interdictae, ipsosque mori contigerit, sepultura Ec-clesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti. Suos quoque confratres, quos Ecclesia-rum Praelati apud Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulodos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, vel qui adhuc manentes in seculo, eorum Ordini sunt oblati, mutato habitu seculari: vel eis qui bona sua dederant inter vivos, retento sibi, quando in hoc seculo vixerint, usufructu: qui tamen sepeliuntur apud ipsorum Regularium vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentibus sibi intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissolvatur pariter & vilescat Ecclesiastica disciplina; certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi Sede concessam. Illud etiam quod hujusmodi Regularibus est indultum, ut si qui Fratrum suorum qui ab eis missi fuerint ad recipientes fra-ternitatis sive collectas in quolibet civitate, castellum vel vicum advenerint, si forte locus ille à divinis Officiis sit interdictus, in eorum juvando adventu semel in anno aperiantur Ecclesiae, ut excludis excommunicatis, divina ibidem Officia celebrentur: sic intelligi volumus, quod in eadem civitate, aut castro, aut villa, una tantum Ecclesia ejusdem Ordinis Fratrum semel, ut dictum est, aperiantur in anno: quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum juvando adventu Ecclesiae aperiantur, non tamen ad Ecclesias ejusdem loci divilim, sed praedictorum locorum conjunctione sano re-

ferendum est intellectu; ne si hoc modo singulas ejusdem loci visitarent Ecclesias, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui vero contra declarationes praedi-ctas quicquam sibi usurpare praesumpserint, gravi subja-cent ultioni.

Innoc. III. in Conc. Lat. cap. 58. & c. 8. eod. tit. in 111. Compil.

XXV. IDEM in eodem. [an. 1216. Roma.]

Tempore generalis interdicti, Episcopi non prohibiti, qui non fuerint culpabiles interdicti cum celebrare possunt: Et hodie istud non est privilegium Episcoporum, sed jus commune; ut in ca. si de sent. excom. in 11. Et ibi plene habetur an & quando, & qualiter possit cele-brari tempore interdicti.

Quod nonnullis est Religiosis indultum, in favorem Pon-tificalis officii ad Episcopos extendentes, concedimus, ut cum commune terrae interdictum fuerit, excommuni-catis & interdictis exclusis, possint quandoque januis clausis, suppressa voce, & non pulsatis campanis, divina ce-lebrare Officia; nisi & hoc ipsum eis expresse fuerit inter-dictum. Verum hoc illis concedimus, qui causam aliquam non praestiterint interdicto, nec quicquam (doli vel fraudis ingelenter, tale compendium ad iniquum dispendium per-trahentes.

XXVI. HONORIUS III. Archiep. & Episcopis, in quorum Dioec. Monasteria & Prioratus Cluniaceni. Monasterio subiecta consistunt. [c. an. 1216. Roma.]

Privilegia non sunt violanda, etiam invidere. Hoc dicit generaliter.

Quanto amplius: Et infra. Sanè dilecti filii Abbas & Con-ventus Cluniaceni. Gravem nobis querimoniam obrulerunt, quod quidam vestrum & vestrorum Officiales, cum in eos, & sui Ordinis Monachos non possint excommuni-catis & interdictis proferre sententias, eo quod super hoc Apostolica Sedes privilegia sunt munis, in eos qui molunt in molendinis, vel coquant in furnis eorum, quicquid ven-dendo seu emendo, aut alias eis communicant, sententias proferunt memoratas; & sic Apostolicorum privilegiorum non vim & potestatem, sed sola verba servant, dicti Ordinis Monachos quodammodo excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam event inconveniens, ut ipsi Monachi, quantum ad hoc, judi-centur judicio Judaeorum, & qui eis communicant in pra-dictis, majorem excommunicationem incurrant, quam etiam excommunicatis communicando fuerint incursum. Nolentes igitur haec crebris ad nos clamoribus jam perlata, ulter-rius sub diffimulatione transire, vobis universis & singulis mandamus, quatenus hujusmodi sententias in fraudem pri-villegiorum nostrorum de cetero non feratis; quia si super hoc ad nos denudò clamor ascenderit, non poterimus con-ventibus oculis pertranfire, & quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus.

XXVII. IDEM V. quondam Anglorum Regina. 23 illustri. [c. an. 1226. Romà in Angliam.]

Qui in habitu, & tonsura, & ceteris ut Laici conver-santur, deprehensi in malis, se pro Clericis non defendunt. Ita committere summatur.

EX parte tua fuit propositum, quod nonnulli Literati, quos nec habitus, nec tonsura Clericos profiterentur, in terra tue jurisdictioni subiecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus forisfactis, ut jurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant; assumunt seu etiam retinunt consuram abjectam, seu habitum Cleri-calem, licet ante pro Laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic retumpto, malitia foveat-ur, si tuam jurisdictionem exerceas in hujusmodi delinquentes, qui 27 sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehensi, equanimiter duximus tolerandum; cum malitias hominum indulgeri non debeat, sed potius obviari.

PITH. 25. V. Anglorum Regina. Berengaria, ut in cap. 9. sup. de Cleric. conjugat. Ex parte tua. Westmonaster. pag. 71. Habentur. V. C. addit, & sic eorum delicta re-maneant impunita. Multa fovetur. militiam tueantur. Qui. cum.

XXVIII. IDEM in eodem. [c. an. 1220. Romà in Galliam.]

Parisijs & in locis vicinis Jus Civile legi non debet. Super specula: Et infra. Sanè licet Sancta Ecclesia legum secularium non respuat famulatum, qua aequitatis & justitiae vetigia imitantur; quia tamen in Francia & non-nullis Provinciis Laici Romanorum Imperatorum legibus non utuntur, & occurrunt raro Ecclesiasticae causae tales, quae non possint statuti Canonici expediri; ut plenius fa-cere paginae insistantur: [Et infra a.] Firmiter interdictum, & districtius inhibemus, ne Parisius, vel civitatibus, seu aliis locis vicinis quicquam docere vel audire Jus Civile praesumat. Et qui contra fecerit, non solum à causarum patrocinii interim excludatur, verum etiam per Episcopum

loci excommunicationis vinculo innodetur. Vos autem, filii, sic diligentius praescripta servetis, & faciatis studiosius ab aliis observari, quod veri amici Sponsi possitis merito comprobari, dum paranympchos suos erudientes ad epitha-lamica carmina curaveritis promovere. Dat. Rom. Pontifica-tus nostri anno quarto.

Et discipuli Hevifai liberius juxta fluenta plenissima residant ut Columba dum in januis seculi non invenerint, ad quas divaricari valeant pedes suos.]

XXIX. IDEM Episcopo Bajocen. [c. o. Baion. an. 1222. Romà in Galliam.]

Innovatio privilegii sui novum non inducit, sed vetus conservat.

Quia intentionis nostrae: [Et infra a.] Cum innovatio non jus novum conferat, nec etiam tollat vetus, te in eo statu esse volumus, in quo tempore impetratae innova-tionis dignosceris extitisse. Ceterum nullum per hoc inten-dimus juri alias eidem Monasterio competenti praedictum generari.

Non extitit ut per innovacionem quam fecimus cu-jusdam scripti Monasterii SS. Caldonen. quod in Regi-stro bo. me. Alex. PP. P. N. reperimus contineri, deroga-retur Ecclesiae Bajocen. Monasterii Sancti Stephani Cadomenfis, Ordinis Sancti Benedicti, Diocesis Bajocensis.

XXX. IDEM [c. an. 1223. Roma.]

Privilegiati ut ubique possint cum Altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia Praetorum.

In his quae ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esse potius interpretatio facienda. Doctores in Unde mirari compellimur, quod cum Fratribus Praedicatoribus & Minoribus duximus indulgendum, ut ubicumque fuerint, sine Parochialis juris praedictum cum Altari valeant viatico celebrare: quidam nimis strictè interpretando in-dulgentiam nostram nituntur afferere, quod per eam praedicti Fratres praeter Praetorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare juxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cum autem eis nihil confer-ret memorata indulgentia, sine qua id Praelatis aucten-tibus liceret eisdem: Fraternitati tuae mandamus, quatenus interpretatione hujusmodi reprobata, dum tamen ab aliis qua jure Parochiali proveniunt, prorsus abstineant, datam esse licentiam celebrandi auctoritate nostra non differas publicare, ita quod dicti Fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

XXXI. GREGORIUS IX. Majoris Ecclesiae, & Christianitatis Decano & Archidiacono Lincon. [c. an. 1230. Romà in Angliam.]

Privilegium de decimis novalium non solvendis, non com-prehendit decimas tempore privilegii impetrati possessas ab aliis, nisi de possessione alterius in privilegio fiat mentio.

Dudum inter Priorem & Conventum de Butele ex parte una; & Priorissam & Moniales de Campesse, ex altera, super Decimis lite mota: Et infra. De consilio Fra-trum nostrorum decernimus juri praedictorum Prioris & Con-ventus super decimis novalium, in quarum erant possessione tempore illo, quo indulgentia Apostolica impetrata fue-runt, à parte altera de decimis novalium non solvendis non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentio-nem praedictum generari.

PITH. 29. Conventum de Butele. Bostlesham, Col-legium Canonicorum Augustal. aliquando Sedes Templario-rum. Leland. Camden. 160.

XXXII. IDEM [c. an. 1231. Roma.]

Confratres Privilegiatorum, nisi se ad eos in totum transfulerint, ad Episcopalia jura tenentur.

Quidam, sicut asserit, in Privilegiatorum fraternitate re-cepti, nolunt tibi de juribus Episcopalibus respondere. Verum quando hujusmodi Fratres moram in domibus suis fecerint, eos compellere poteris ad dicta jura tibi integrè perlolvenda.

XXXIII. IDEM Arelaten. Capitulo. [c. C. de jure sig. an. 1231. Romà in Galliam.]

Quod privilegium retentionis decima, semel novale semper est novale.

Consultationi vestrae breviter respondemus, quod terra, de qua non extat memoria quod aliquando culta fuisset, redacta per Religiosos viros noviter ad culturam, perpetuo debet, quoad immunitatem, de non solvendis decimis novalium jure ceteri. Cum alias nonnunquam continge-ret indulgentiam de novalibus plus eis dispendii, quam utilitatis afferre.

DE PURGATIONE CANONICA.

TITULUS XXXIV.

I. EX CONCILIO TRIBURICEN. [in Germania.]